

17 | τ | *Secunda.*20 | υ | *Quinta seu ultima.*

Omnes Veneræ Mercurio attemperatæ.

Φ. *Tropicus Cancrī ἡ τροπή, Avi no pulsus Salustius, Orion oritur juxta Solis æstivi pulsus χ. Caput Bootis. Ψ. Caput Herculis ω. Caput Serpentis.*

Habes candide lector, ex nostris conatibus, restitutam, aut si mavis exactiori curâ & labore delineatam Coronam, quam alii lauream, quidam martyream, multi radiatam autumant; nos Hederaceam cum corymbis, *λεμνίσκων δύο κατηρημένων*, substituendam duximus, qualem Græciæ magnæ numismata exhibent, nobisque Capella & Manilius *lib. 5. seqq. vers.* describunt.

*Hoc quoq; Nisi acis quod sparsum floribus ardet,
Multiplici ambitum redimitur lumine fertum.*

Tali dono, Bacchus (ut ait qui Cretica conscripsit) Ariadnam conjugem honoratam Faunis currum stipantibus abduxit, quod apud Guilhelmum de Choul, Neronis numisma testatur, & Propertius;

Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.

Antiquitus nulla nisi Deo dabatur Corona Plin. *nat. hist. lib. 16. c. 5.* Feruntque primum omnium Liberum patrem, imposuisse capiti suo, ex hederâ Hinc Alexander ob raritatem, victorem exercitum, exemplo Liberi patris, hederâ Coronatum ex Indiâ reduxit. Auream Coronam, ante Homeri tempora Proph. David, talenti pondere *lib. 2. Reg. c. 12.* usurpavit: alteram, quam publicus minister, eodem curru triumphali ve-
ctus, supra caput Imperatoris tenebat, Juven. *11. 10.* decantavit; neutram, ut nec novum regalis diadematis genus, huc quadrare suspicor. Movet quoque